

Salzburger Urkundenbuch (Ed. Hauthaler); Codex Balduuini, Nummer 24

Notum sit omnibus Christi fidelibus, qualiter quidam ex familia sancti Ruodberti nomine Pöbo quoddam concambium fecit cum domino suo archiepiscopo Baldwino. Tradidit idem Pobo ad altare sancti Petri sanctique Rödberiti in manus praedicti archiepiscopi eiusque advocati Engilberti tale predium, quale in valle Ūndrima loco Gunthartestorf habuit. Econtra isdem archiepiscopus cum manu dicti advocati sui et aliorum fidelium suorum laudamento donavit eidem Pöboni predium equalis mensurae in eadem valle loco Hezindorf proprietatis iure possidendum. Huius rei testes sunt: Totili, Engilheri, Perihtolt, Dietrih, Wichman, Ceizrat, Herrih, Hiltigoz.